 ginti militia eris posidēbant, atq; bi soli classici uocabantur,  
 reliqui omnes, nam classes erant complures, infra classem di-  
 cebantur. Autor Gellius lib. viii. cap. xiiij.*

*Manticulari.* LXXXI

*Festus Pompeius ostendit poētas hoc uerbo manticulari  
 usos pro suū facere, ac subdole agere. Citatq; Pacuvium in  
 loquētū: Ad manticulandum astu aggreditur. Tractum au-  
 tumat à manticulis, quas fares atrectare solent, nimisrum quo  
 fierentur. Equidē magis arbitror hinc surpatam metaphorā,  
 quod qui in cōsūmō dissimilant mantilibus tegū facie, uelut  
 extergentes. Vnde in sermonibus Horatius:*

*Mappa cōp̄fere risum.*

*Plautus item in captiuū duo, pro pallio, latebraq; posuit, qua  
 dolus tegi posuit. Nec mēdacijs subdolis nūbi nūquā mantel-  
 lum est meis. Nec sycopatijs, nec facis illum mantellū ob-  
 uū est. Evidē hād scio num ad hanc pertinet formā,*

*quod*

quod legitur apud Origene homilia in Ezechielen quinta: Qui dicit proximo suo, ignorat nos peccata nostra deus. Siquid est in talibus sacramentis ludimus uicissim nobis pollicentes, mappa mittet deus, id est, teget nostra flagitia, missa mappa. Verum quoniam Greco codicis non adest copia, super hac re praeferitur Academicum agere. Dolit quibus adest, locum hunc excutient a nobis admonti. Vt titus eodem dicto Tertullianus libro aduersus Aventinianos, sed mappa quod ait nesciit.

Auro habet suppactum solum. LXXXII

Proceribus figura dixit Plautius Bacchidibus: Sed diues ne est isthie Thoetimus? Etiam rogat qui focis habeat auro superactum solum. De predicta, cui tanta suppetat aurum, ut pedibus calcet. Solum enim pro insula crepidarum parte posuit, aut certe pro pavimento.

Ad aras. LXXXIII

Esti θεοποιος, id est, Ad aras. Refertur in collectaneis, que Plutarchi titulo feruntur, nec explicatio. Evidet opinor perinde ualere, quasi dicas, ipso in negocio, iuxta prouerbium quod nobis alio dictum est loco, quo uetus ad aras consutare.

Samiorum laura. LXXXIV

Σαμιών λαύρη, id est, Samiorum laura. Dicitur ab initio tauris adductis uolutibatis. Laura apud Samios angustiorum quo dedita erat, in quo cupide, popinarię, lauitis uedidabantur à mulierculis in hoc paratis. Extat & hoc adagium in commentarijs, que Plutarcho inscribuntur. Refert idem Atheneus ex Clearcho, lib. xij. Addens hoc inuentum fuisse Polycratis Samiorum tyranni, canq; ciuitatis corruptelam fuisse cōntinentum ex Sardorum cubitu, qui dulcis prouerbio dictus est, auctore Platone.

Tærariorum malum. LXXXV

Ταιράγιον ρωκόν, id est, Tærariorum malum. Siquid crudelius sevit in famulis, Tærariorum malum vocabant: propriea quod olim Lacedemonij captiuos, qui in Tæraru cōfugerant, reductos capitis affectu supplicio. Est autē hoc loco Tærarus oppidū quoddam Laconice, cuius incole Tærariorum uocantur, et ciuitas regionis promontorium, in quo spelunca, per quam aditus erat ad infros.

Lesbius Prylis. LXXXVI

Ο λεσβίοι πρύλις, id est, Lesbius Prylis. Plutarchus in adagiorum collectaneis, si modo non fallit titulus, tradit hoc prouerbium per similitudinem sumptū. Prylin enim fuisse Mercurii filium, ac diuinandi peritum. Quanquam πρύλις, Grece, nullitem peditem significat.

Agas asellum. LXXXVII

Agas asellum. Hoc adagij quoniam multilam refertur, non satis liquet, quid fibi uelit. Refertur autem à Cicerone libro de cratore secundo, ad hunc quidem modum: In hoc genus coniunctum prouerbium, ut illud Scipionis, cum asellus omnes provincias stipendiā merentem se peragrasse gloriaretur, agas asellum & cetera. Haec Tullius. Nec uero liberti referrere, que in huc locum adserit. Omnimodo, interpres aliquo quā non omnino malus. Tamen usum est ipsum adagium in medium proponere, quo doctis saltim uestigia de ministrarem occasionem. Fortasse legēdū agas asellum. Nam ueteres clidabant uocales more Grecorum etiam in scriptura. Atque ita sensus erit, unumquemque facere que se digna sunt. Depositū nepotes, decoquā turco, digladiatur miles, peirat leno, mentitur aduocatus. Siquidem hoc ipsum agas asellum uocabili, in cōtempcio abicit prouerbium, id quod apud Greco festius est, ob sermonis idiomam. Nam Dores asinum

uocant, non πρύλη, ut ceteri, sed κιλλον, το γα βασιν, non δυνάτων, sed κιλλινησα, ueluti testatur Iulius Pollux, libro de rerum uocabulis septimo. Fortasse huic pertinet quod scripsit Flaccus epistola. xix. ad Lollium:

Thraci erit, aut olitor, is aget mercede caballum. Ad imum

Samium comatum. LXXXVIII

Τὸν σέμαν κομάτων, id est, Samium comatum, dicebant eū, qui ante ignauis habitus, preclarus expectatione se fessus est in negocio. Autem pugilem quempiam apud Samos habuit, qui cum ab aduersariis habretio ludibrio, quod comatus esset, comissus cum illis, iudicis. Unde in prouerbium abiit, quoties quis certamen suscepit, cum ijs quos præter opiniōnem experit se viribus superioribus. Non disjuncte quod admomuit Sylla: Caendum a puro male cincto. Recensetur in Plutarchi collectaneis.

Seruum haud uicho. LXXXIX

Δλον δύκ σχεδια, Εἰ μὲν τειμάζετε τὸν πόλι τὴν κρεῶν, id est,

Seruum ego haud uicho, Nisi qui prius p caribus certaverit. Certamine ī nauali, Id est, non admittit seruum, nisi multis magnisq; scelatum experimentis. Est autem carmen hoc apud Aristophanem in Ranis, à nobis alio citum loco. Admonent interpres duplice esse lectionē, πόλι τὴν κρεῶν, επόλι τὴν νεκρῶν, id est. Pro caribus, & pro cadaveribus. Pro caribus accipiunt pro utrius carnem corpus appellat. Porro serui cum pugnat, quoniam nulla habet possessiones, pro uita dumtaxat dimicat. Qui legunt νεκρῶν, hanc adseri fabulā. In prælio nauali, quod actū est apud Arginus Superioribus extiterunt Athenies, ueteruerintq; ne caduera casu tollerentur, & hac quoq; de re digrediuntur est. In hoc autē bello serui egrem operā nauis leguntur, qua propter & libertate donati sunt. Recensetur prouerbium in Plutarchi collectaneis.

Tertium caput. XC

Τρίτη κεφαλὴ, Τρίτη εγκεφάλων, id est: Terium caput, & tertio cerebro. In onerum baulos distum, quā non humeris modo, utrum & capite gestant onera. Extant in ijsdem que modo citauū collectaneis.

Vt Corinthia uideris. XCII

Α κορινθία ἔστις χωροπολίστην, id est, Corinthia uideris corpore questum factura. In mulierem intempestiuus libidinante. De mulieribus Corinthi prosternibus dictum est alibi. Dictū est autē, χωροπολίστην, non quidem uerbo, quod nobis indicat, quā si facere corpore: χωροπολίστην natum uolentem significat. Extat & hoc in ijsdem collectaneis.

Cyrrna factura. XCII

Κυρνία ςτη, id est: Cyrrna malū. De magnis dispendiis & explicationibus dicebatur. Cyrrna in sua quæpiā est, è regione Apulia, cuius incole longe priheribet esse, propter mel, quo plerūk; uescuntur. Nā ius illuc summa copia, quæ admodum auter est Stephanus. Hæc olim nauigatibus erat inaccessa, propter predonum ac piratarū circa illam frequentation. Atq; hinc nudgo prouerbium increbuit. Meminimus hius adagij superius in Cyrrna terra.

Rapina cotytijs. XCIII

Αργων κοτυτιον, id est, Rapina Cotytijs. Cotytijs festum quoddam erat apud Siculo, in quibus ex more placenter que plana & arborū fructus ramis alligabantur, eaq; di ripienda proponebatur. Refertur in Plutarchi collectaneis, nec exponitur. Quanquam facile liquet dici solitum de bonis temere profusis, drepatisq;

Quæ ex

Quæ ex antiqua.

XCVII

τὰ ἐκ πολεοῦ, id est, Quæ antiqua, subaudiendum Tyro. Perinde ualeat, quasi dicas summam molestiam, extremum: malum. Tyrum enim quæ cognominata est uetus, diuine compositione, παλαιότερος; Alexander expugnatam & ex insula comportatis aggeribus redditam continentem, erudenter tractauit, plurimisq; affectis incōnodiis, unde proverbiū, τὰ ἐκ πολεοῦ, Quo significabant tantum malorum, quād antiqua Tyrus pertulisset. Recensetur in Plutarchi collectaneis, atque item Zenodoti: Historia est apud Qu. Curtium.

Triceps Mercurius.

XCV

Τρικέφαλος, id est, Triceps Mercurius. Dicitur uidetur in ambiguis, ancipitisq; aut in uehementer aliutor. Ad hunc modum fingebatur antiquitus Mercurius: uel quod plurimam uim habeat oratio, uel quod idem deus index uie, proinde in singulis capitulois inscriptionem habebat, quod du ceteri hec uia, quò rōsum illa. Huiusmodi Mercurij simulacrum primus posuit Proclides, autore Philochoro.

Danace.

XCVI

Δανάη, id est, Danace, sic appellabatur nummulus ille, qui Charonti per soluit, nudit pro trasmissione Stygię paludis, cuius meminit Lucanus in Charonte. Apuleius item in fabula i Syches. Referitur in collectaneis Plutarchi, nec indicatur usus. Mibi uidetur recte usus pandum, si quis iubet: sc̄enam parare δανάη, innuens prope esse, ut emigret & uita. Aut siquæ usq; adeo nihil reliquissime dicat, ut ne Danace quidem superferat.

Nec sperat coenosi gurgitis abnum  
In felix, nec habet quem porrigat ore trientem.

Ut Bagas constitutissi.

XCVII

Βαγας ἔσκαρ, id est, Ut Bagas stabas. In stupido et elonguere dicebatur. Bagas erat quipham admissus attomito, stupido; et insulso. Commemoratur in Plutarchi collectaneis. Haud scio num legendū sit, Bagas pro Bagas: is Eurus fuit. Et est hoc genus timidum & imbellic.

Cancrum ingredi doces.

XCVIII

Καρκίνος ἀρθρος οὐδὲ τετρας, id est, Cancrum rete ingredi doces. De eo, qui docet in docile. Refertur in eiusdem collectaneis. Finitimum uel idem potius cum illo, quod paulo superius retulimus ex Aristophane.

Mare exhaustus.

XCIX

Θάλασσας ξύτης, id est, Mare exhaustus. De eo, qui conatur, quod offici non possit. Nam monites uterque personantur, ut mare non possit exhaustari.

Canes timidi uehementius

latrant.

C

Quintus Curtius libro septimo, demonstrat huiusmodi proverbiū apud Bactrianos iudgo iactatum suisse: Canis timidus uehementius latrat, quam mordet. T hirsutum est turgidis minus dura moliri, at Chremes ad rem gerendam promptior. Sic & Atheniensis ad bene dicendum, quam ad gnauerit agendum accommodatores fuisse leguntur. Nec Alaci promptum fuit dicere, nece Vlysi bellare. Et Lacedemonii iuribus pacificimi uirtute longe preceluerunt. Et apud Homerum Graeci taciti pugnam inueniunt, sed iam spirantes, & Barbari immuni clamore accurrerent. Deniq; mulieres lenguacuam, quam uiri belligerantur. Qu. Curtius eodem in loco subiicit allegorianu hinc similem, altissima queque fluminis altissimo sono labi.

Homerici uersus aliquot proverbiales.



ANTVM honoris antiquitas habebat Homer, quemadmodum testatur Macrobius, ut singuli penè uersus illius proverbiū nice celebrarentur. Quorū nos nōnullos p̄f̄sim in hoc opere recensuimus, presertim quos in autorum literis usū patos deprehendimus. Nunc itaque mihi uideor facturus operas precium, si ex omni Homericā poēsī corpore, quodam feliciter uersiculus, qui proverbiū speciem ita p̄ se ferant, ut dubitandum nō sit, quin hi certe ex illorum numero faciunt, quos antiquitas adagiorū in starū uerperit. Quamquam autem nūlūrū fere carmen est huius poēta, quod non posuit ad aliquam proverbiū rationem detinueri, tamē nos & plurimi pauca quedam decerpserit malitius: partim ne quis nos in re tanquam ascita, nimium diligentes dicere posset: partim quod nescio quo modo magis arribent in hoc genere, que sibi quisque uelut adoptarit. Itaq; sūl habuimus in paucis aliquot, quemadmodum accommodari debant, utem ostendimus. Atque in his ipsiis, quanquam eum carminis usum indicavimus, qui tum nobis scribentibus uenisset in mentem, tamē nūlūrū ueterit, quominus idem carmen ad uarios usus asciscatur. Neque uero idem permiserim in reliquis poētis, nisi si quis in Marone licere putet, quem Latinum Homerum optimo iure dixeris: sed facit hoc Homerū diuinitas quædā, ut deceat, quicquid ex illo quoconq; p̄fecto mutum imp̄seris, etiamq; quod in Ciontonibus fieri solet, ad longe ducens sententiam uerba detinueris. Quanquam autem sciremus his nō adiutoriū gratian, nisi quis uisparet Graec, tamē ne non intelligenteriā a nonnullis, ueritatis haec quoq; Sed iam refere incipiemus.

Non probantis.

AΝΩΝ οὐκ ἔτεσί καὶ γαμέμενον νοσήσειε βαμβώ. id est, At non Atrida sic est Agamemnoni usum. Vſio patitur a Luciano cum proverbialiter in Lapiithis. Reče uenit, ubi rem quidā fatebimur honestam fidū, seruum diuersa placet ijs, quorū libido plus ualeat, quam exquiratis ratio. Sive cū quis tyrānicō more, sequatur, nō quod dicit ex quatas, sed quod animo collubitum sit. Sive cū unus aliquis à ceteris omnibus dissentiat. Sumpnum est autē ex Iliado. Homericē libro primo, ubi nō semel literatur hic uerſiculus. Ενδέξαιο μὲν πάντας ἐπευθύνεσσαρ δρόσοι, Αἰδεῖσθαι δὲ ιερά, ηγετούσαρ δέχεται ἄποινα. ΑΝΩΝ οὐκ ἔτεσί ηγαμέμενον νοσήσειε βαμβώ, Απλάκωνς αὐτει, καρπορούσαρ ἐπι μῆθηρ ἐπέλει. id est, At reliqua Danaum placet hæc sententia turba, Sacrifico ut habeatur bonos, ac splendida dona Accipiant: at idem hoc Agamemnoni non ita usum est, Quid male dimittit, ac dicta sera in super addit.

Refutantis laudem immodicam.

Οὐτοι ἐτῶ θεοί εἰμι, τις ἀδιανότοισιρ εἴσκαε; id est, Nullum ego sum numen, quid me immortalibus æquas! Plutarchus in commentario, cui titulus: Quo pacto quis intelligat se p̄fecisse, monet ut hoc Homericū carmen semper habeamus in promptu, tanquam pharmacum aduersus uenenum adulatiois: aut ubi quis nos magnificientius, quam pro merito laudat. V̄surpatō a Luciano in Icaromenippo. Carmen extat odyssēe. II.

Cauentis

## Cauentis clancularias infidias. III

Mñ tñs soi φεύγοντι μελαφένω φύ δέσου πήχη. id est,  
Ne quis te à tergo fugientem cufide figat.  
Cum significabimus circūspectus agendum, ne quis noceat imprudenti. Diogenes uero paxit multata uocula in adolescentem formosum, qui incussum dormiebat:  
Μά της σοι εὐθυντι μεταφένω φύ δέσου πήχη.  
Sunt autem apud Homerū Iliados. ο. uerba Diomedis Vlys-  
sem fugientem reuocantis ad pugnam. Item Iliados. X.  
Οὐ μὴ μοι φένοντι μεταφένω φύ δέσου πήχηε,  
Αλλά ιώνε μελαφότι δίσι εκεσφεί λασσομ, id est,  
Nunquam mā à tergo fugienti fixeris baslam,  
Sed prompto potius aduersa in peitora torque.  
Hoc licet uispare cū quis non detrectat aperū certamen.

## Iubentis aperte loqui. III

Siquem admonicimus, ut proferat doloris, aut odij caue-  
fas, neq; caelest in animo, nō ille pide dixerimus illud ex primo  
Iliados libro:  
Ἐξαύτα, μι κεῦθε νοῦ, οὐ εἰδόπειλον χρω. id est,  
Eloquitur, ne celato, quo norimus ambo.

Pollicentis se promissa re  
præstirum, V

Significantes promissorum fidem non irritam futuram,  
sedre prestituros nos, quod uerbis simus polliciti, uispare  
poterimus uerius hos ex eodem libro:  
Οὐ γαρ ἐμόν ταλινέστερον οὐδὲ ἀστηλόν,  
Οὐδὲ ἀτελεύτηρ, οὐτι κειφαλή καταγεύσω. id est,  
Nec reuocanda, nec irrita, manūe dico fuita  
Quacunq; ammuro & promisero utrīcē moto.  
Dicuntur autem à persona Iouis ad Thetidem.

## In abfur locutum. VI

Vbi quis uidetur absurdū quippiam dixisse, siue cū uer-  
bum aliquod uidebitur per imprudēti elapsum, quod satius  
erat reticuisse, locus erit illi, quod pluribus locis apud Ho-  
merum repetitur, & nominatur Odysseus libro primo:  
Ποῖορ σε ἐνθά φύγετε οὐδόντωρ. id est,  
Denis claustra tui que non elapsa reliquit  
Laudatur hic uerius ab Aulo Gellio noctium Atticarū lib. i.  
cap. xv. qui pulchre admonet parce loquendum esse, quod  
natura lingua uallo dentium cinxerit, & septo labiorum,  
cum aures patulas dederit.

## In spem frustram. VII

Si quando significabimus aliquem sua spe frustum, ac  
rem euensi fecis, atq; ille expectabat, nō infestauerit appli-  
cabitur illud ex Iliados libro secundo,  
Νήσια οὐδὲ τὰ θερινά φύγεται μάλιστα λέγεται. id est,  
Inspiciens nam luppiter his diuersa parabat Ignaro.

## Inanis conatus. VIII

Vbi sentimus, frustra sumi operam, neq; quicquam pro-  
moueri diutius laboribus, non inepit quadrauerit illud ex  
eodem libro:  
Ἀπέκτητο μάλιστα πολεμίζει μάλιστα. id est,  
Pugnani in frustramq; ex inutile ducere bellum.

## Adiurantis se facturum aliquid. IX

Cum adiurabimus nos facturos quippiam, si modo uita non  
deficitur, licet accōmodare uerisficti ex eodem libro:  
Μάλιστα πεπειτοδινού κάρη ωμοισι ἐπείν. id est,  
Post hac in caput hoc humeris infistat Vlyssis.

## Item Iliados quinto:

Autū τεταρτον εποιο καρι τέλμοι ἀσθενέστερον φώτι.  
Mox caput hocce aliquis mihi barbarus ense recidat.

Nam hoc modo uulgus, nostris etiā temporibus deierat. Et  
notas illa apud Latinos, emoriar, differecam.

## Qua sero contingunt, sed magnifica. X

Quoties intelligi uolemus famam, aut præmium aliquod  
serius quidem contingere, uerum hoc prestantius, ac dura-  
bilis, quo diutius dilatum, ut tarditatem stabilitate, perpe-  
titatēq; compenset, non alienum fuerit Homericum illud ex  
Iliados secundo libro uispare:

Οὐκορ διπτεσορ, οὐκ επείστηται.

Ciceron ita uerit.  
Tarda & seruans, sed fama & laude perenni.  
Verbasunt Chalcantis animum addentis Græcis, uti perda-  
rent, quamquā enim uictoria belli decimo denum anno conti-  
gerit, eius famam tamē immortalem fore.

## Consulendum &amp; consilijs parendum. XI

Cum admonebimus quipiam, ut uicissim & rectum cōsi-  
lium alijs det, & ab alijs accipiat: aut ut & secum rem dili-  
genter perpendat, & alienam sententiam auribus attentis au-  
diat, non intempestuum erit illud ex eodem libro:  
Αλλα ζεύς, ζεύς δι εύ μιδέο πείστο τέλεω. id est,  
Ipse age rex bene consilid & pareto uicissim.

## Non interpellandus famelicus. XII

Quoties inuenimus non esse confabulandi ocium, nisi  
prius placauerimus latrante & iratum, ut ait Horatius,  
uentrem. Aut ubi significabimus aliquem, simulatq; sit affe-  
ctus, quod expetebat, iam ad alia converit, non inepit pro-  
seruans, uerisfudum hunc & eodē libro & alijs apud Ho-  
mericum sollemnen:

Ἄυτες ἔτει πόσι Θητείας οὐδὲ πάτερ οὐδὲ οὐτο. id est,

At postquam his potius exempta cupido, cibis

Id Vergilius ita reddit:

Postquam exempta famæ & amor compressus edendi.

## Ingens rerum multitudo. XIII

Cum admirandum hominum, aut rerū, seu malorum mā-  
titudinē indicare uolemus, congruet illud ex eodem libro:  
Οὔσατε φύλλα ηγετέων γάρ γενεται οὐρανοί,  
Ηγετέων αὐτῶν αὐτῶν οὐνεκ ταλά. id est,

Quot frondes, & quot sunt uerno tempore flores,

Vtq; globatarū μητρῶν examina multa.

## Qua diuinitus contingunt. XIV

Qui dicet quippiam nō cuius cōtingere, quisquis opat,  
sed diuinus dari, uelut ingenii, formam, uires, uispare po-  
terit Homericum illud ex Iliados lib. iij.

Εκώρ δι οὐκ ξενης θεοτο.

Non quisquis uole illa serat.

Dicuntur ab Alexandri persona ad Hectore, qui illi comā,

formā, & imbellē citharam approbarat:

Οὐκ εἴ τοι ράσσεις καίρεις, τέ τε δέδι οὐρανοί ίπα.

Τέ κομι, τέ εἰδος τέ οὐνεκ τονιστοι μηγείνο.

Nil tibi profuerint, cantusq; & dona Dionei,

Vel comā, vel species, in pulucre congregidenti.

Ad id ita respondet Petrus:

Μῆ μοι δέδι ηετα πούσαρε χωνεύς αρροφίτης.

Οὐτοι άπεβλητο δέδι θεον ζεύκισθαι δέδια.

Ούσα κερ κατοι διώτηρ, εκώρ δι οὐκ τις θεοί οὐτοί. id est,

Ne mi opprobaris Cibereas optabile donum.

Haudquādam apernanda deini pulcherrima dona,

Quæ ipsi dant: neq; mox si quis uelit, aufer illa.

Refiri Laertius Cynicum Diogenem reprehēsum, quod ac-

cepisset numerā ab Antipatro, refondisse ueris Homerico

quemodo retuli, οὐτοι πούσαρητο, σ.

In sensu

## In senem libidinofum.

XV

In eos, qui ad rem gerendam iam inutiles sunt ob etatem, uerum oratione ualent: ueluti si quis taxare uelit ueruccum, ut ait Plautus, uetulum, tarpilogram quidem, ceterum ad Venieris usum languidum, apposite dixerit illud ex eo lib.

Τίκαιον δ' απόλεμοιο τε παντούλοιο, ἀλλά ωρογνοτά θεωροί.

id est:

Iam ob senium bello eritis, sed dicere tantum Egregij.

Qualcum in quanto facit Tychet filium,

Χρεία μάχης ἀγοράς δέ τ' ἀπεινώ. id est.

Infruem pugna, sed dicendo priorem.

## Fatis imputandum.

XVI

Cum hominem quempiam culpam liberabimus, eamīs uel in fatum, uel in fortunam rei sciens usurpare licebit, quod ini bi dicit Priamus ad Helenam:

Οὐτοὶ μοι αὖτ' οὐτοί, θεοί νοι αὖτοί εἰσιν. id est:

Nil tibi ego imputo, uerum iphis magis imputo diuis.

## Diui dissimulatum aperientis.

XVII

In eum, qui quod diu dissimulauit, tandem irritatus eloquitor, non in concime detorquetur illud, quod eodem loco dictum est de Ulysse:

Αλλὰ τὸ διά τοῦτο τε μεγάλως ἐκ σκέψης οἱ. id est:  
Ait ubi iam promis pregarandemē pedore nocem.

## Pertinax contentio.

XVIII

Quoties ostendens obliniatum ac multibrem equa lium inter ipsos contentioneum, cum neuter altero uult inferior uideri, conueniet illud, quod Iliados libro quarto, Iuno dicit ad Iouem:

Καὶ οὐδὲν οὐδὲν εἴμι, γάρ οὐ δέ μοι ἔνθημος, οὔτε σοι. id est:

Ista etiam dea sum, fenus inde mīhi, unde tibi ortus.

Cum uterque concedit alteri.

XIX

Rursum cum omija contentio, uterq; alteri concedit, locus erit ei, quod eodem statim loco consequitur:

Αλλὰ τοι γοῦν ταῦτην πατέρου μου ἀπάλλασσιν,

Ζοὶ μὲν οὐδὲν σύ δέ μοι. id est:

Quoniam magis alteri in his rebus cedamus uterq;

Tu mīhi, contra ego deinde tibi.

## Adamantis tenere.

XX

In eum, qui tenere diligit quempiam, uel adamat magis, ita ut non paratur, uel leuisius incommodis a quo quam affici, non inscite torseris illud ex eodem libro:

Ἐδέος τε μάκρης.

Γενεύης γέγερη μάκρης δέ τοι λέγετον ὑπνός. id est:

Non fecis atq; genitricē

Muscam arcti pueri somno officia cubanti.

Dicūm de Pallade curante uulnus Menelai.

## Contentions dicerūm.

XXI

Si quando significabimus nos scommate, seu contumelia leviter commoueri, nec altius in animum demittere, congruet illud ex Iliados eodem libro quarto:

Οὐκ οὐ καρπός δέ τοι πάγη ἔτερος, ἀλλὰ τράχοισιν

Εἰσέρατο τρισκήπτην πανελάθρον, καὶ τὸν πατέρερον,

Ζώνα τε νέῳ μέτερι τὸν χαλκὸν κάμορον αὐτῷ τοι. id est

At mihi non trāsfit ad iatula telum,

Sed summa in cuto balthetus arcuit, impositoq;

Laminae squame, quas huic faber addidit ere.

## Malorum obliuio.

XXII

Qui deprecabitis omen aliquod parum faustum, aut qui iubebit obliterari memoriam malorum, non intempestitius usurparib; illud ex eodem libro:

Τέ τε πάντα θεοὶ μεταμόλιξ θέτεν, id est:

Irrita dii superientis hæc omnia tradant.

## Exminimis initis maxima.

Ad indicandum maximas similitates nonnumquam ex leuissimis iniuriolis nasci, non secus atq; ex minutissima scintilla granisimum incendium, mire congruet illud ex eodem libro de Eride, id est: dea contentionē:

Ὕπερον μέντος κορύφηστον, ταῦτα γένεται.

Οὐρανῷ ἐσκῆσεν οὐρανοῖς τοῖς χρυσοῖς βαλεῖ. id est:

Quæ primus exious stirgit, uerum illico coelum

Atingit capite, in terris ne fugia ponens

Huc locu Vergilius Aeneidos quarto, detorsit ad Famam:

Παραμetu primo, mox sece attollit in auras,

Ingriditq; solo, et caput inter nubila condit.

## Diuersarum partium.

XXIII

Qui uolet innuere Metu quempia, et cu utrag; parte colludente, aut aduocato prævaricator, aut proditorem dicem, non ineleganter usurparerit illud ex Iliados lib. quinto: τυτίδιων δὲ οὐκ εἰ γνωκε, ποτέ ποιοι μετείκ, ή μετείκεσθαι δηλαδέοι, ή μετείκασθαι, id est: Porro Tyndæ minime dignoscere posis

Troianos ne inter ueretur, an inter Achiuos.

## Alieno feroz præsidio.

XXIV

Si queris innuere, quod ferox sit quippiam, et improbe molitaur, id em non facere domesticis uiribus frustum, uerum alii potioris fultum præsidio, qui clanculum illi suppeditat et animum et opem: quemadmodum uigilus nostrum supplicatur ducem Gehri tot iam annos negocium facessere nobis dissimulatis Gallorum suppitijs, illud accomedes licebit eodem ex libro:

Οὐκ οὐδὲν πάντα τοῦτο μολιέται, ἀπάλλα, τράχει

Εὐλαβωτῶν πρεσβειας εἰλυπτινός τούτου, id est:

Ista quidem hi nequequam audet sine nomine, uerum

Adstat diuū aliquis, humeros caligine teles.

## Fortuna profrus aduerfa.

XXV

Cum res bonis instituta consilijs, tamen male cedit, illud apposite dixerit ex eodem libro:

Θεοί νύτης οὐτε κοτέεις, id est:

Infrusus deus est aliquis.

## Item in.

Αλλὰ τὸ δέ κακόν Θεοῖς απάλλασσι τοῦτο θεοῖς: id est:  
Ille ubi iam inausus diuū etiam omnibus esset.

## Arripe negocij curam.

XXVII

Admonentes aliquem, ut diligenter negotium capessat, et gnauerit rem aggrediator, utcmu hoc ex eodem loco carmine, quo Aeneas hostiar aurigam suam:

Αλλὰ τύχει τοῦτο μάκρης οὐκ εἰς στρατευτας θεοῖς. id est:

Quin age ne scuicam; manu, depicta; lora Corripe.

## Rei sciens autorem formidinis.

XXVIII

Territanti metumq; inanem iniisciendi, uerum hunc occire licet, quo Sthenelum ibidem alloquitur Diomedes:

Μή τοι φέρω δέ τοι τοις.

Ne trepidans autor mabris.

## Omni conatu inuadere.

XXIX

Si quem significabimus totis uiribus tendere in quempian oppugnandum, conueniet illud ex eodem libro:

Αἰνεῖας δέ τοι τοις σὺν αὐτοῖς διαπίτε μακρῷ. id est:

Oibus Aeneas, clypeos insurgit et basta.

## Summa ui defendere.

XXX

Rufum si quis alterum summa ui tuebitur, quadrabit quod proxime eo consequitur loco;

Προσέδε τέ οὐδέποτε θεοὶ οὐαδαπάντων τοιων, id est:

P Vndiq;

Vndig, texti cum lancea, clypeoq; rotundo.

Aequa concertatio.

XXXI

Cum significabimus duos ex aequo paratos ad disceptandum, rixam ue, licebit accommodare carmen illud ex eodem libro:

τώ ή δι κέρας τε καὶ γήγεα λεγόντα,  
Αυτοὶ ἀλληλοπεπέλινοι μεμάθησαν, id est:  
Illi inter se, ianiam pugnare parantes  
Obtundunt, pariterq; manus, præcavatq; pila.

Incitare currentem.

XXXII

Qui significabit infligari quempiam ad id, ad quod sua-  
pte sponte propendet, sfrparbit illud apud Homerum per  
quam frequens:

Μάζησεν δ' ἵππος, τῷδε δὲ οὐκ ἄκοντε πετέθησεν. id est:  
Cedid equos scutica, ast illi uel sponte uolabant.  
Sumptum ab aurigis.

Ad utrumque paratus.

XXXIII

Hominem ad utramque fortunam instructum, judicris pa-  
riter, ac scribis accommodatum, aut quā norit cum bonis pa-  
riter, ac malis conuiuere, notabimus hoc carmine, quod est  
in Iliados H,  
Οἴδη μῆτρας, οἴδη ἐπίριστα, νομάσσων θύμη. id est:  
Non euquidem clypeum dextra, leuacq; mouere.

Nullus delectus.

XXXIV

Aristoteles libro Politicorum secundo refert hunc uer-  
eulum cuius uulgo celebrem:

Εὐδίλλης οὐδὲ οὐδὲ κακοῖς οὐδὲ καθηδροῖς. id est:  
Par honor, ignotioq; uiro, et uirtute ualentia.  
Quo libet uti, si quando significabimus nihil esse discrimi-  
niis inter eruditum & improforem, inter benemerentem &  
malemerentem, inter probum & improbum: Verba sunt Achil-  
lis stomachantis, quod sui ratio non esset habita ab Agamem-  
none, cum esset omnium multo fortius: Hoc loco lapsus  
est inter pres Leonardus Aretinus, uar ille quidem tum do-  
clus, tum eloquens, sed homo tamē. Sic enim uertit carmen  
Homericum: Honori incumbit tun ignauis, quam bonus, ni-  
mum deceptus ab eo quā libros eos illi prelegerat. Nec ani-  
maduerit tū positum pro mihi.

Muneribus res agitur.

XXXV

Qui dicet non esse locum recte factis et equis ratione-  
bus, sed largitione et assentatione rem omnem peragi, poten-  
tit illud accommodare ex Iliados. 1.

Δέροιστι τὸ γεγνότου, ἔτεσι τε μελιχίσισι. id est:  
Et donis permagnificis, et lenibus dictis.

Quo quidem in carmine muneribus non temere prior datus  
est locus.

Frustratus conatus.

XXXVI

Qui si frustatus sua, nō aseqūitur id, quod ambebat,  
in hunc non incongrue torquabitur illud ex Iliados. 2.

Βολεῖσθ δέ τε τοῦ θυμοῦ,

Καὶ τῷ δὲ φράγματο,

id est:

Animus cupit configere telo,

Verum illum, fallente manu non attigit.

Alienō auxilio potentes.

XXXVII

Qui alienus præsidij freti facinus aliquod egregium, aut  
quā alieni prætextu nominis aliquod faciunt, in eos apposite  
torquabit ex eodem libro, quod ibi dictum est de Teucro  
fratre Alcides Telamonii. Nā sī sub si aeterno latitans clypeo,  
fagittis aliquot mittit in Troianos.

Στὴν δὲ τοῦ ὑπὸ αὐτῷ σάκει τελεμωνιόν. id est:  
Constituit Alcides clypeo sempiternice teclūs.

Cauendum à potentiore.

XXXVIII

Qui se negabit rem habere uelle, cum homine longe po-  
tentiori, quib; magnopere posuit ledere, recte accommodare  
rit illud eodem ē libro:

Οὐ γοργὸς ἔγαρ ὕπελλοι μι διη προνοίων μέχεσθαι, id est:  
Cum Ioue ergo sunē nolim certamen intire.

Subitum remedium periculi.

XXXIX

Cum indicabimus rem in extremum discrimen adductam  
dilectum, fuisse, ni subitis salus seu deo quoq; immissa proti-  
nus affulsi est, illud ex eodem libro tum alijs sece conuenient:  
Εἰ μά το διὸν νόσει ταρση τερπόν τε δέομ π. id est:  
Nilicō sensifet, genitor diuīmē, hominumq;

Perplexus, animique confernati.

XL

In eum, qui periculofo uocatio cōsternat animo, nece-  
tionem inuenit, qua explicit se, quadrabit illud ex eo lib.  
Νέσογ δὲ καὶ κατέφερ φύγον καὶ σιγαλόντα, id est:  
Fugere ē manus māranda Nestori habene.

Litem incipere.

XLI

In eum, qui iam provocatus aggreditur coniūcijs agere,  
congruet illud ex Iliados. K.  
Εἶπετο δὲ οὐρανοὶ πάντες ἀκοσμήσιον δέξει καλῶ.  
Id est: Hastam corripuit robustam cuspidē acuta.  
Cui diuersum illud: Hastam abiicit, quod alibi retulimus ex  
Cicerone.

In formidolosum.

XLII

In hominem uelhenter pauidū, animoq; consternat,  
quadrabit bī uerius ex eodem libro: οὐδὲ μοι πάτε  
Εμπειρούσθαι ἀστερίκτης, μεριδήν δέ μοι τέλο  
Στὴν δέωρ ἐκδέσθηκεν δομέται δὲ ποσφόντις καὶ γῆν. id est:  
Nec nūbi mens constat, sed mota uacillat, et extra  
Pectus cor salit, et trepidant quoq; corporis artus.  
Dicuntur autem haec ab Agamemnonē, populo metente.

Blandius alloqui.

XLIII

In eum, qui blandius et honorificentius compellat dile-  
quem, gentilites etiam prænominiis additis, Quinte pat,  
aut Publi, judecet, quo gratianū ineat apud illum, ye-  
cī torquabitur illud, quod eodem in libro dictum ab Agamem-  
none, iubente Menelaū blandiri copijs Græcorum:  
Πορφύρη ἐκ γενεῆς ὄνομάδηρα εὐαγγελεῖσθαι, id est:  
Compellans patris ac gentis cognomine quenq;.

Inexorabilis.

XLIV

In exoratu difficultē ac præfactū, suoq; relinquenda  
ingenio: siue in eum, cuius operam nihil moratur, apposite  
torquabit, quod Iliados. 1. Diomedes dixit in Achilleū, qui  
legatos et Agamemnonis dona reiecerat:  
Ἄλλον τοῦ νεοροῦ μὲν δέοσθαι, οὔτε ίστη  
Ητε μέλισθ, id est:  
Quin magis ipsius hunc animo, ingenioq; sinamus,  
Siue uentre uelit, siue hic remanere.

Ausculta & perpende.

XLV

Quoties significabimus nos aliquid dicturos, quod ad  
rem pertinet, quodque ratum ac certum futurum sit, con-  
ueniet illud ex eodem libro, quantumq; et alijs apud eū poë-  
tam sepius obiū.

Ἄλλο δὲ τοι ἔρεω, σι δὲν φέρει βάθεο σοσι. id est:  
Imō diuid quiddam, tumente recondito, dicam.

Non statim decernendū.

XLVI

Qui significabit interponandū morā, prius quān de-  
cernat, et rem in posterū diem reieciendū, accommoda-  
bit illud ex eodem libro, quod Phoenici cum legatis ad re-  
ciliandū gratiam missu ab Agamemnonē respondebat Achilleū:

Ἄμ. ἵοι φευαριθλίκετ  
φρεσούμεθα. id est:  
Auror a ubi crastina surget  
Consilabimus.

Hinc apparel sumptum celebre Græcis prouerbii, τὸν νυκτὶ<sup>ν</sup> εὐλόγιον, id est, In nocte consilium, quod alio diximus loco.

Nemo cogendus amicus. XLVII

Cum inuenis aliquem non esse ad negotium accersendum, preter animi sententiam, aut non esse colloquendum officium in eum, qui nec agnoscat, nec accipiat libenter, accōmodum faciet quod eodem in libro de Phœnicio dicit Achilles:

Ηρ. Εἰδέλαστην, αὐτόχρυν δὲ μη μάζω. id est:

Si uolat, in iuuiu hunc hanc quaquam abducero quōquam.

Omnibus anteuerienda uitæ cura. XLVIII

Qui dicit omnia post habenda, quo uite consulamus, ac connoisse dabit illud ex eodem libro:

Οὐ γοῦ ἔμοι λυχήιον, οὐδὲ ὅσα φασὶ<sup>ν</sup>

Ιλιοῦ ἐκπάθειαί εἰσαιούμενον προλιέθεον,

τὸν πῆρε τελέων. id est:

Nullum equidem precium cum uita confero, nec cum

Iliacis opibus, pridem quas tempore pacis

Vrbs opulenta tenebat, ut fama est.

Μορξί; causa reditur, quod una uita, neq; reuocari, neque

sacrifici posit, simulq; semel dentes reliquerit:

Αὐτόχρη δὲ λυχήιον, πάλιν ὥστε πάτερ λακίσῃ, οὐδὲ λεπτεῖ.

Euenit malo male. XLIX

Cum scelerato cuique punit, quod omnes imprecabantur et optabant, locus erit illi ex eodem libro:

Εοι δὲ ἐτέλεοι ἐπαγάσ. id est:

Explorunt inimici precamina diu.

Verba sunt Phœnicis narrantis omnia mala accidisse sibi, que patet olim fuerat imprecatus.

Nec dignus, qui me intueatur. L

Qui contemnit omnino quenquam, ut ignavum, multōq;

se fere inferiorem, non inleganter illud ex eodem libro detorsevit, quod in Agamemnonem, ni fallor, dixit Achilles:

Οὐδὲ ἔμοι γε τετράδι κύπεος ποτὲ ἔλυμον, τις δέ τοι μετέβη. id est:

Hadū illi quidem austit.

Quamvis perfruia sit fronde, mihi ora tueri.

Quod idem etiam hodie uulgo dicitantur. Est autem indicium animi consciæ, non audere recta faciem intueri eius, quem leseris. Hinc est, quod Menelaus in Iphigenia Aulidensi iubet in primis, ut Agamemnon obtueatur se, uidelicet inde facili collecturus primum argumentum.

Cauendum ab eo, qui semel imposuit. LI

Qui se negabit habere uelle commercium cum eo, à quo semel sit deceptus, usq; rupibit illud ex eodem libro:

Οὐδὲ οὐ οἱ θεοὶ συμφράσουμεν, οὐδὲ δὲ λύγον.

Ἐκ γοῦ δὲ μὲν ἀπάκτεις καὶ πλιτεύη, οὐ δὲ ἡττὴ αὐτὶς

Εξεπαρθεῖται εἴσεστιν, ξέλιγ δὲ οἱ, ἀλλὰ ἔκκλησις τελέων. id est:

Hoc ego cum nihil aggrediar, neq; enim expedit, unquam.

Quippe ubi frustratus semel est, ac fraude fecellit,

Non iterum mihi uerba dabit siuio, semel illi hoc

Sit fecisse satis, quin post hanc ille quiescat,

Ac ualeat.

A micorum est admonere mutuum. LII

Sententia proverbalis uidetur, quam legimus Iliados. Δ.

Αγαθοὶ δὲ παῖδες φωτίσι λύτρη ἐτελέσαν. id est:

Bonus est affutus amici admonitoris.

Hanc licet usupare, si quando dicemus amici munus esse, ut amicus si quid erret, liberius admoneat.

Vnus multorum infstar. LIII

Quod codic in lib. diuī est in laude medici, idem tor queri poteris ad quæcunq; virtute prestant. Carmē est huiusmodi:

ταῦτα γε ταῦτα παῖδες παῖδες οὐδὲ παῖδες. id est:

Vir medicus multis alijs equandus honore est.

Contemnentis inimicum. LIV

Qui negabit se cōmoueri conuicij dictum hominis con tempi, non inscīte deflexerit id, quod eo. li. dicit Diomedes,

Οὐκ ἀλλαγὴ δὲ εἶ με γαῖα βασιλοῦ ποτὲ δέρψων,

Καρφόν γε εἴλαθεν αὐτὸς αὐτόκινον οὐδὲ αρνοῖ. id est

Haud curio magis, ac si feminæ sue quis infans

Me iaculo petret, si quidem uiri inertis, et ipsa

Irrita tela uolant.

In uoti compotem. LV

Vbi quis affectus est, quod affectabat, captabatq; uelut

ti si quis sacerdotij sive manus principi miteteret, eoq; sacer

doto, fauore principis potiretur, quadrabit illud ex eo. lib.

Καὶ οὐδὲ ποτὲ οὐδὲ μηρον πλιον εὐφυε χερός.

Id est: Attigit, q; manu non irrita missa sagitta est.

Lupus in fabula. LVI

Cum forte fortuna, in medio sermone interuenit is cuius

mentio siebat, conueniet illud ex Iliados. X.

Οὐ πω πάρα εἴκητο ἐπ Θ., τοῦ δέ τοι πατέρον αὐτοῦ. id est:

Ianq; aderant ipsi nondum sermone peracto.

Corrigentis, quod dictum est

ab alio. LVII

Vbi ciuiliter notabimus aliquem tanquam hanc ex animi

sententia locutum, aut ubi quid dictum erit parum honestum,

intorquemus ueritatem hunc ex Iliados. M. quem Plutar-

chus ad eum usum . . . . . dicit:

Οὐδὲ καὶ οὐδὲ πλιον εὔπειρον τοῦδε νοστού. id est:

Sermone hoc alium potiorē adducere nosl.

Aliter cum alijs agendum. LVIII

Qui significabit cum alijs blandius agendum, cum alijs

asperius, ut cuiusq; fuerit ingenium, aut fortuna, dignitasq;

allegabit illud ex eodem libro:

Αλλοι μελάχιστοι, οὐδέποτε σεργοῖς ἐτέστοι. Νείκεον. id est:

Verbis hunc placidis, contra asperioribus illi. In crepore.

Vt nunc sunt homines. LIX

Si notabili tēporū tuorū mores, ut semper in peius dege

nerantes à uirtute maiori: Velerū si dicas būc aut illū principi

pem laudāndū, ut hac tēpestate sunt prīcipes, applicabis illud

ex eodem libro, oīcū vñb ποτονίσιον. Quod quid hemistichium duobus est locis apud Homerū: hic de Hectore, saxum

ingens humo facile tollente, alibi de T ydeo saxū itē tollente:

Non suscipiendum negotium

temere. LX

In prepotētem, et cum quo non sit suscipienda simu-

tas aut lis, nisi magno aliquo preſidio fulcariſ, quadrabit

illud ex eodem libro:

Οὐρ ἄρτις μηρον εἴρηστοι παντελούστα,

Νοσοὶ δέσποι. id est:

Huic certatorū non iuerit obvius illus

Absq; deis.

Dictum est autem de Hectore duabus lanceis, et ingenti ſaxo

tendente in prælium.

Vehementer cupientis. LXI

Cum animus ipse nos uehementer infligat ad faciendum

P. quippan,

quipiam, conueniet illud ex Iliados. N.

**καὶ οὐδεὶς αὐτῷ θυμός ἐνι σκέψαι Θλοισθεὶς  
Μάλλον ἐφορμώται πολεμηῖσθαι, μὴ μάχεσθαι,  
Μολπώνων δὲ ἔνεργος πολεμεῖσθαι καὶ χερῶν πῆντεσθιν. id est:**  
Sponte nubi gliscens animus in pectore gestit  
Vtq; magis bellare manu, et configere cor am  
Festinant infrāq; pedes, ac dextra superne.

Elucet egregia uirtus. LXXI

Egregia uirtus etiam si quando disimulatur, tamen semper eminet inter alios, atq; ex ipso oris habitu perspicitur, et in ipsa quasi reliqua fronte. Veram item nobilitatem testatur facies hominis itidem, ut mores. In hanc sententiam quadrabit Homericum illud, ex codem libro:  
Αἴγινωτο δὲ θεοῖσθαι. id est:  
Insignia numina diuum.

Mutua defensatio. LXII

Mutuam complurium inter ipsos concordiam, mutuamque defensionem notabimus non infacete ursibus his ex eo, lib.  
Φρέσκουτε δ' οὐ διαι, σάρξ δέ σάρκει προθελέν μνη,  
Αποιοῦ δέ τοτες λέπει, νόρος κέρας, τετράς δέ τετράς. id est:  
Hafas denfant bafis, umbone frequenti  
Umbonem, clypeum clypeus fulcitat inherens,  
Inq; uicem galea galea texere, uirum uir.

Iuvenalis item de mollibus:

Sed illos

Defendit numerus iunctio, umbone phalanges.

Concordia fulciuntur opes  
etiam exiguae. LXIII

Sententia proverbialis est ibidem, huiusmodi:  
Συμφέρει δέ αρετή πέλα ταῦτα γράπει. Τούτα λυγάσω.  
Coniuncti pollent etiam uelutenter inertes.  
Hac conueniet uti, si quando significabimus non esse contemnendam amicitiam, aut similitatem malorum, etiam si fuerint aliquo imbecilles, et quorum singulos quiuis facile contemnat. Nam quemadmodum, ut ait Ovidius:  
Quae non prostrant singula, multa iuvant,  
Ita que non ledunt singula, multa nocent.

Extra periculum ferox. LXIII

In timidum et ita demum ferocem, si prouid ab sit a periculo, uelut in obredatore clancularium, qui cor am non au fit congregari, quadraverit illud ex eodem loco:  
Ἄρδεγμα δέ μελέων ἐπέι, ισάμενος πολεμίζει.  
Id est: Pugnare gurus uerum enimus et prouid hoste.

Quisquis is fuerit. LXV

Quemuis circa ullam exceptionem hominem indicabimus hoc ueruscilo, qui est Iliados. N.  
Ος δυντος τ' εἰς, καὶ τὸ οἱ δικαίωσθαι κατέλιπε. id est:  
Qui modo mortalis sit edens cernetis dona.  
Veluti si quis dicat humanas leges, alihi alias esse, ceterum le gemnatus et omnium esse communem, οἱ δυντος τ' εἰς.

Iuventa uiribus poller. LXVI

Ad uires plerimum momentum adserit etas iuventa. Ad id factum illud ex codem loco de Aenea:  
Καὶ οὐχὶ καὶ οὐκέται, τοτε κατέθεται οὐδὲ μέγας. id est:  
Flos quoq; adest eis, cuius tunc maxima uis est.

Ancipitis consiliij. LXVII

Ad significandum hominem perplexum et ancipitis sententie sufficiunt, anno, congruit illud ex Iliados. E.  
Μεσοκύνη γεγενητη, οὐδὲ οὐρανος τε περιεστρέψατο. id est:  
In medio terre simul et stellantis olympi.  
Dicitum est apud poëtan de cuius celestis uolantibus cursum.

Prædictis.

LXVIII

Prædictum significabimus his ursibus ciuilen in z.  
Πολλοὶ δὲ φύεσθαι πολέμοι πειμαλια κέντοι.  
Χαλκός τε χρών τε πολύμητρος τε σίδην Θ. id est:  
Diuitia in patria sunt multarrecondita testis,  
Aes q; aurumq; sibi factū qmop; copia ferri.

Ad idem faciet etiam illud ex Iliados K.

Πολύμητρος Θ ταῦτα καλεῖ. id est:

Multū auri, multīq; eris.

Agre quidem, sed facimus tamen. LXIX

Cum ergo quidem, et non sine placuisse incommodis agi mus quipiam, sed tamen facimus, ad alii necessitate, conuenient illud ex Iliados Z.

Καὶ μάλα τερψ μονοί τοι, ἀναγκαῖ γε ἐπείγε. id est:

Quamvis afflitti nimium, sed fatuū ita cogit.

Quod alibi diminutum, exacquatur  
alibi. LXX

In eum, in quo desideratur uirtus aliquid, sed cuius iactu ram, alia quaque dote compenget. Veluti si quem intelligue limus purum eloquentem, sed admirabile tamē iudicio: aut qui si inducto quidem, sed bene nummatus, competit illud eodem loco, quem modo citauimus ex Iliados K.

Ος δέ τοι τοῦτο μὲν κακό, ἀλλὰ πολύκο.

Qui ore quidem deformis erat, pedibus tamen acer.

Mutua defensio tutissima. LXXI

Qui significabit minus eos ledi posse, qui concordes se se mutuo defendunt: cōtra omniū iniurie obnoxios illos, qui difident factioribus intestinis, accommodabit illud ex Iliados P:  
Παυσόπεος δέ πολὺ φθίνεισθαι. μεμυλωτοὶ γάρ εἰσι,  
Αλλοιοὶ δέ οὐδιλοὶ εἰλεγμένοι πονόν τινά τινά. id est:  
Multo tibi minor peris, quid in agmine semper  
Mutuan opem sibi ferre, malumq; arcere studebant.

Qui cum contemptu uitae inuidunt. LXXII

In eos, qui gladiatorio, sicut ait Terentius, animo quampli impetunt, ut aut perdant, aut perant, conuenient illud ex Iliados M.

Αγορεύοσι σύνεσι ζοικότες. id est:

Similes agrestibus apris.

Tradunt enim uenatores hos provocatos recta impetuere provocantem, nec lancea uictata.

Alijs prospiciens, non sibi. LXXIII

Si libet in quipiam iocari, qui cum artca diuinandi professis, alijs sua mala praedixerit, ipse suum malum non potuerit praeditare, non inconcinniter accommodabimus illud ex Homeris Beotia:

Αλλ' οὐκ οἰωνοῖσιν ἐνύσσετο κακός μελουναρ. id est:  
At non auguris futum sibi depulit atrum.

Quod imitans Maro:

At non auguris ualuit depellere pestem.  
Dictum est de Euromo Myorum duce perito quidem augiorum, at nibilonius ab Achille occiso.

Dedecus publicum. LXXIV

Remodis omnibus infirmi, ac perniciose, non ineleganter indicaueris his ursibus, quibus Hector Paridem obuergat librū Iliados tertio:

Παῖς τε σῷ με γαπημα πολλῆπε παντί τε δίκαιο. id est:

Δυοι μέντοι τοι, καρδια κατεφέλιον δέσοι αὐτῷ. id est:

Noxi uigens urbiq; tue, populoq; patrīq;

Hos filia gaudia, sed probrumq; dolorq; tibijpi.

Ne depugnes in alieno negocio. LXXV

Vbi significabimus nos nolle nosmet admisere liti aliae  
me, que

*ne, que nihil ad nos pertinet, sed permissores ut ipsi inter se siuocent pericolo, quorum agitior negocium, uerisculo fuerit locus ex eodem libro:*

*Οὐαὶ τῷ Ἐλένῳ, καὶ τητέλεσται πᾶσι μάχεσθαι. id est: Proq; Helena, proq; omni re decernere solos.*

